

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Coloniae Agrippinae, 1622**

Pro A. Caecina

[urn:nbn:de:bsz:31-116541](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116541)

PRO A. CÆCINA

ORATIO XII.



I, quantum in agro lociq; desertia au-  
dacia potest, tantum in foro, atque in  
iudicijs impudentia valeret: non mi-  
nus nunc causa cederet A. Cæcina  
Sex. AEBU: ij impudentia, quàm tum  
in vi facienda cecit audacia. verùm & illud con-  
siderati hominis esse putavit, qua de re iure decertari  
oporteret, armis non contendere: & hoc constantia,  
qui cum vi & armis certare nolisset, eum iure iu-  
diciq; superare. \* Ac mihi quidem cum audax præ-  
cipue fuisse videtur AEBUTUS id conuocandis homini-  
bus & armandis, tum impudens in iudicio: non solùm  
quod in iudicium venire ausus est: (nam id quidem,  
tamesi improbè sit in aperta re, tamen malitia est  
iam vsitatum) sed quod non dubitavit id ipsum, quod  
arguitur, cõsiteri, nisi fortè hoc rationis habuit, quo-  
niam si facta vis esset, moribus, superior in possessione  
retinenda non fuisset: quia contra ius moreq;, facta  
sit, A. Cæcinam cum amicis metu perterritu pro-  
fugiss: nunc quoq; in iudicio, si causa more instituto,  
omnium defendatur, nos inferiores in agendo nõ  
futuros: sine consuetudine recedatur, se, quò impudẽ-  
tius egerit, hoc superiorem discessurum, quasi verò  
aut in iudicio possit idem improbitas; quod in vi con-  
fidentia: aut nõ sò libentius tum audacia cesserimus,  
quò nunc impudentie facilius obsteremus. \* itaque  
longè alia ratione recuperatores ad agendã causã

## ORATIO

hac actione venio, atque initio veneram: tum enim  
 nostra causae spes erat posita in defensione mea, nunc  
 in confessione adversarij: tum in nostris, nunc vero in  
 illorum testibus, de quibus ego antea laborabam, ne si  
 improbi essent, falsi aliquid dicerent: si probi existi-  
 marentur, quod dixissent, probarent. nunc sum ani-  
 mo aquisimo, si enim sunt viri boni, me adiuvant, cum  
 id iurati dicunt, quod ego iniuratus insimulo: sin au-  
 tem minus idonei, me non ledunt, cum siue creditur  
 ijs hoc ipsum, quod nos arguimus, confitentur, siue fi-  
 des non habetur, de adversarij testimonio fide derogat-  
 4 tur. \* verum tamen cum illorum causa actionem con-  
 sidero, non video, quid impudentius dici possit: cum  
 autem vestram in iudicando dubitationem, vereor,  
 ne id, quod videntur impudenter fecisse, astute & cal-  
 lidè fecerint: nam si negassent vim hominibus arma-  
 tis esse factam, facile honestissimis testibus, in re per-  
 spicua tenerentur: sin confessi essent, & id quod nul-  
 lo tempore iure fieri potest, tum ab se iure factum es-  
 se defenderent, sperarunt id, quod asscuti sunt, se in-  
 iecturos vobis causam deliberandi, & iudicandi ius-  
 tam moram ac religionem. simul illud, quod indig-  
 nissimum est, futurum arbitrati sunt, ut in hac causa  
 non de improbitate Sexti Aebutij, sed de iure civi-  
 5 li iudicium fieri videretur. \* qua in re si mihi esset v-  
 nimus A. Cecina causa agenda, profiterer satis ido-  
 neum esse me defensorem, propterea quod fidem meam,  
 diligentiamque prestarem: qua cum sunt in actore  
 causae, nihil est, in re praesertim aperta ac simplici,  
 quod excellens ingenium requiratur. sed cum de eo  
 iure mihi dicendum sit, quod pertineat ad omnes, quod  
 consti-

constitutum sit à maiore  
 tempore, quo sublati  
 nuntia, sed etiam  
 veritaria iudicio testimo-  
 niis ingenij causam esse  
 ante oculos est, sed ne  
 si obiectus, omnes pueri  
 vos religioni vestrae des-  
 peruadeo resperatore  
 iuram habeam, rati-  
 habuisse, quam quod  
 formationem hoc iudicium  
 demandum acquiri  
 colligendum delibere  
 dicere venit, & id  
 do faciunt, reprehen-  
 dum vero magis et  
 dicia ad distatend  
 uentorum malicia  
 rum alterum lenius  
 sit: & persepe des-  
 iterum est verbum  
 res pertinet, non  
 iuriam iudicis  
 ius, & cuius rei  
 ius, id iam vult  
 r quaque res est  
 ius iudicanda  
 veralem est, r  
 ius, qua causa  
 tam moram esse

constitutum sit à maioribus, conseruatum vsq; ad hoc  
tempus, quo sublati, non solum pars aliqua iuris di-  
minuta, sed etiam vis ea, qua iuri maximè est ad-  
uersaria, iudicio cõfirmata esse videatur: video sum-  
mi ingenij causam esse, non vti demonstretur, quod  
ante oculos est, sed ne, si quis vobis error in tanta re  
sit obiectus, omnes potius me arbitrentur cause, quã  
vos religioni vestra defuisse. \* quanquam ego mihi sic 6  
persuadeo recuperatores, nõ vos tam propter iuris ob-  
scuram dubiamq; rationem his iam de eadem causa  
dubitasse, quã, quod videtur ad summam illius exi-  
stimationem hoc iudicium pertinere, moram ad con-  
demnandum acquisisse, simul & illi spatium ad sese  
colligendum dedisse, quod quoniam iam in consuetu-  
dinem venit, & id viri boni vestri similes in iudican-  
do faciunt, reprehendendum fortasse minus, queren-  
dum vero magis etiam videtur: ideo quod omnia iu-  
dicia ad distrahendarum controuersiarum, aut pu-  
niendorum maleficiorum causa reperta sunt: quo-  
rum alterum leuius est, propterea quod & minus læ-  
dit: & persapè disceptatore domestico dijudicatur:  
alterum est vehementissimum, quod & ad graui-  
ores res pertinet, non honorariam operam amici, sed  
seueritatem iudicis ac vim requirit. \* quod est gra- 7  
uius, & cuius rei causa maximè iudicia constituta  
sunt, id iam mala consuetudine dissolutum est. nam  
vt quaque res est turpissima, sic maximè, & matu-  
rissimè iudicanda est: at ea, in qua existimationis  
periculum est, ita dissimè iudicatur. què igitur con-  
uenit, que causa fuerit ad constituendum iudicium,  
eandem moram esse ad indicandum? si quis, qui spo-  
ndit,

ORATIO

pondit, qua in re verbo se vno obligavit, id non facit  
 maturo iudicio, sine vlla religione iudicis condemna-  
 tur: qui per tutelam, aut societatem, aut rem man-  
 datam, aut fiducia rationem si audavit quempiam,  
 8 in eo quod delictum maius est, eo poena est tardior. \* est  
 enim turpe iudicium, & factum quidem turpe. vi-  
 dere igitur quam inique accidas, quia res indigna  
 sit, ideo turpem existimationem sequi: quia turpis  
 existimatio sequatur, ideo rem indignam non iudi-  
 cari. at si quis mihi hoc iudex, recuperatorue dicat:  
 potuisti enim leniore actione consistere: potuisti ad-  
 tuum ius faciliore & commodiore iudicio pervenire:  
 quare aut mita actionem, aut noli mihi instare, ut  
 iudicem: tamen is aut timidior videatur, quam for-  
 tem aut cupidior, quam sapientem iudicem esse a-  
 quum est, si aut mihi praescribat, quemadmodum  
 meum ius persequar, aut ipse id, quod ad se delatum  
 sit, non audeat iudicare. etenim si praetor, is, qui iudi-  
 cia dat, nunquam petitori praestituit, qua actione il-  
 lum uti velit: videre quam iniquum sit, constituta  
 iam re, iudicem, quid agi potuerit, aut quid possit, non  
 9 quid actum sit, querere. \* verumtamen nimis vestra  
 benignitati paretemus, si alia ratione ius nostrum re-  
 cuperare possimus. nunc vero quis est, qui aut vim ar-  
 matu hominibus factam relinqui putet oportere, aut  
 eius rei leniorem actionem nobis aliquam demon-  
 strare possit? ex quo genere peccati (ut illi clamitant)  
 vel iniuriarum, vel capitis iudicia constituta sunt, in  
 eo potestis atrocitatem nostram reprehendere, cum  
 videatis nihil aliud actum, nisi possessionem per in-  
 terdictum esse repetitam? verum siue vos existima-  
 tio: qm

PRO A.

tori illius periculum, /  
 sit adhuc ad iudicand /  
 necesse iam velis /  
 verus ego potius /  
 am, ne districtus de /  
 in iure dubitetur. /  
 lem onfr antepat /  
 de quo iudicium est. /  
 re ignoscatur: non /  
 summo iure usque /  
 videatur. M. Valer /  
 nicipo Tarquomensi /  
 honestus existimatus /  
 quodlibet scit. a ha /  
 eodem e municipio /  
 ristem seminum /  
 ostendit, & in /  
 huius Celsus fons /  
 dit temporibus illi /  
 retur d. et vxora /  
 canctor, ut aut v /  
 liquatio post, tam /  
 huius fudo vxoru /  
 que aduicita merce /  
 rum, que sunt in /  
 termit am testam /  
 Celsus filium /  
 Junum Celsus /  
 magnus hono /  
 nam esse licentia, /  
 in vobis licentem

PRO A. CÆCINA.

tionis illius periculum, siue iuris dubitatio in causa  
 fecit adhuc ad iudicandum: alterius rei causam vou-  
 mer ipsi iam vobis sepius pro lato iudicio sustul-  
 stis, alterius ego vobis hodie die causam profecto aufer-  
 ram, ne diutius de controuersia nostra, ac de commu-  
 ni iure dubitetis. Esi forte videbor alius initium rei  
 demonstrande petisse, quam me ratio iurū, & ius,  
 de quo iudicium est, & natura cause coegerit, quæ so-  
 vt ignoscatis: non enim minus laborat A. Cæcina ne  
 summo iure egisse, quam ne certum ius non obtinuis-  
 se videatur. M. Fulcinius fuit, recuperatores, è mu-  
 nicipio Tarquinienfi, qui & domi sua cum primis  
 honestus existimatus est, & Romæ argentarian: non  
 ignobilem fecit. u. habuit in matrimonio Cæsenniam,  
 eodem è municipio summo loco natam, & proba-  
 rissimam feminam, sicut & viuis multis ipse rebus  
 ostendit, & in morte sua testamento declarauit.  
 huic Cæsennia fundum in agro Tarquinienfi vendi-  
 dit temporibus illis difficillimæ solutionis, cum vie-  
 retur dote vxoris numerata, quod mulieri esset res  
 cautior, curauit vt in eo fundo dos collocaretur. a-  
 liquando post, iam argentaria dissoluta, Fulcinius  
 huic fundo vxoris continentia quadam prædis, at-  
 que adiuncta mercatur. mortuo Fulcinius: multa  
 enim, quæ sunt in re, quæ remota sunt à causa, præ-  
 termittam testamento facit heredem, quem habebat  
 è Cæsennia filium: vsum fructuum omnium honorum  
 suorum Cæsennia legat, vt frueretur vnà cum filio.  
 magnus honos viri incédus mulieri fuisse, si datur-  
 num esse licuisset, frueretur enim bonis cum eo, quem  
 suis bonis heredem esse cupiebat, & ex quo maximū

ORATIO

fructum ipsa capiebat. sed hunc fructum maturè fortuna ademittit: nam breui tempore M. Fulcinius adolescens mortuus est, heredè P. Cefenniam fecit, uxori grande pondus argenti, matrig; partem bonorum maiorem legauit. \* itaque in partem mulieres vocatae sunt. cum esset hac auctio hereditaria constituta, AEButius iste, qui iam diu Cefennia viduitate, ac solitudine aleretur, ac se eius in familiaritatem insinuasset hac ratione, vt cum aliquo suo compendio negotia mulieru, si qua acciderent, controuersiasq; susciperet, versabatur quoque eo tempore in huius rationibus auctiois, & partitionis, atque etiam se ipse inferebat, & intrudebat, & in eam opinionem Cefenniam adducebat, vt mulier imperita nihil putaret agi callidè posse, vbi non adesset AEButius. \* quam personam iam ex quotidiana cognoscitis vitæ, recuperatores, mulierum assentatoris, cognitoris viduarum, defensoris nimium litigiosi, conciti ad rixam, inepti ac stulti inter viros, inter mulieres, periti iuris & callidi: hanc personam imponite AEButio: is enim Cefennia fuit Aebutius, ne forte queratis num propinquus? nihil alienius. amicus aut à patre, aut à viro traditus? nihil minus. qui igitur? ille, quem supra deformati, voluntarius amicus mulieru, non necessitudine aliqua, sed ficto officio, simulatq; sedulitate coniunctus, magis opportuna opera nonnunquam, quam aliquando fideli. \* cum esset, vt dicere instituerem, constituta auctio Roma, suadebant amici cognatiquè Cefennia id, quod ipsi quoque mulieri in mentem veniebat: quoniam potestas esset emendi fundum illum Fulcilianum, qui fundo eius antiquo continens esset, nullam

PRO A

ullam esse rationem  
nem, cum presertim  
usque eam possi  
constituit, mandata  
re putatu? an non  
hoc mortuus, & ad em  
quo nihil scru caute  
si attenditur. AEBu  
halem licetur AEBu  
ti, parum gratia Cef  
ciu additur AEBu  
nitus AEButius, qui  
ritur, sibi emptum  
addictum, aut tu  
quam emeretur Cef  
ferè audissent, hi  
cunia Cefennia ex  
rò imprudens collocar  
pradia, que mulier  
rent, liceret u, q  
miraretur sibi em  
pione facta, pecu  
putat ista rationem  
euerit: se autè  
luc sibi expensa pes  
quasi id aliter fieri  
si ut, quemadmod  
tam possidet, loca  
sua nactus, vt in  
mulier moritur, fa  
at Cefenniam, ex di

nullam esse rationem, amittere eiusmodi occasio-  
 nem, cum praesertim pecunia ex partitione deberetur:  
 nusquam eam posse melius collocari: itaque, mulier facere  
 constituit. mandat, ut fundum sibi emat. cui tandem  
 cui parati? an non in mente venit homini illius ad  
 hoc munus, & ad omnia mulieris negotia parati, sine  
 quo nihil satum caute, nihil satis callide agi, possit? \* re. 16  
 Et attenditis. A Ebutio negotium datur, adest ad ta-  
 bulam. licetur A Ebutio: deterrentur emptores mul-  
 ti, partim gratia Cæsennia, partim etiam pretio fun-  
 dus addicitur A Ebutio: pecuniam argentario pro-  
 mittit A Ebutio, quo testimonio nunc vir optimus v-  
 ritur, sibi emptum esse. quasi verò aut nos ei negemus  
 addictum, aut tum quisquam fuerit, qui dubitaret,  
 quin emeretur Cæsennia, cum id plerique sciret, omnes  
 ferè audissent, hi coniectura affeque possent, cum pec-  
 unie Cæsennia ex illa hereditate deberetur. eam por-  
 ro in praedijs collocari maximè expediret, essent autem  
 praedia, qua mulieri maximè convenirent, ea veni-  
 rent, liceret ut, quem Cæsennia dare operam nemo  
 miraretur, sibi emere nemo possit suspicari. \* hac em- 17  
 ptione facta, pecunia solvitur à Cæsennia. cuius rei  
 putat iste rationem reddi non posse, quòd ipse tabulas  
 auerterit: se autè habere argentarij tabulas, in qui-  
 bus sibi expensa pecunia lata sit, acceptaque relata:  
 quasi id aliter fieri oportuerit. cum omnia ita facta  
 essent, quemadmodum nos defendimus, Cæsennia fun-  
 dum possedit, locavitq; neque ita multò post A. Cæ-  
 cina nupsit, ut in pauca conferam, testamento facto  
 mulier moritur, facit heredem ex deinceps, & semini-  
 cia Cæcinam, ex duabus sextulus M. Fulcimum liber.

etum superioris viri, AEButio sextulam aspergit. hanc  
 sextulam ille mercedem isti esse voluit assidue at is, &  
 molestia, si quam susceperat. istz autem hac sextula  
 se ansam retinere omnium controuersiarum putat.  
 18 \* iam principio ausus est dicere, non posse heredem es-  
 se Cefennia Cacina, quod is deteriore iure esset, quā  
 ceteri ciues, propter incommodum Volateranorum,  
 calamitatemque ciuiliū. itaque homo timidus, im-  
 peritusq; qui neque animi, neque consilij satis habe-  
 ret, non putauit esse tanti hereditatem, vt de ciuitate  
 in dubium veniret: concessit credo, AEButio, quā-  
 tum vellet de Cefennia bonis, vt haberet: immo, vt  
 viro forti, ac sapienti dignum fuit, ita calumniam,  
 stultitiamq; obtruit, ac contudit. \* in possessione bo-  
 19 norum cum esset, & cum ipse sextulam suam ni-  
 mium exaggeraret, nomine heredis arbitrum fami-  
 liae eriscunda postulauit. itaque illis paucis diebus,  
 posteaquam videt nihil se ab A. Cacina posse litum  
 terrore abradere, homini Rome in foro denunciat,  
 fundum illum, de quo ante dixi, cuius istum empto-  
 rem demonstrauit fuisse mandato Cefennia, suum es-  
 se, seq; sibi emisse. quid ais? cuius illi fundus est, quem  
 sine vlla controuersia quadriennium (hoc est, ex quo  
 tempore fundus venijt, quoad vixit) possedit Cefen-  
 20 nia? vsus enim (inquit) eius & fructus fundi testa-  
 mento viri, fuerat Cefennia. \* cum hoc noua legis  
 genus tam malitiosè intenderet, placuit Cacina de  
 amicorum sententia constituere, quo die in rem pra-  
 sentem veniretur, & de fundo Cacina moribus dedu-  
 ceretur. colloquuntur. dies ex viris que commodo  
 succurrit, Cacina cum amicis ad diem venit in ca-  
 stellum

bellum Axiam: ex  
 non longe abesse, &  
 multos liberos atque  
 tutum. cum id par-  
 derent, ecce ipse AEBu-  
 tit: Cacina se arma-  
 esse, si accessisset. C-  
 yderent saluo cap-  
 castello descendunt,  
 ut tempore commo-  
 se: tanto temere & illu-  
 nomiatibus necio-  
 trostus, qua adre e-  
 de quo controuer-  
 nam, de quo no-  
 apparuit. itaq; no-  
 di vellet, quod ea p-  
 arm. ai obfisterent  
 men, quā potuit, ad-  
 ix conuenit vrim fa-  
 trem am partem ob-  
 iam accederetur,  
 feruimq; suum no-  
 clar a voce imperat-  
 nra esset, occideret  
 uas, Cacina, tam-  
 usilij videretur ha-  
 uis dicit videret, &  
 uis uas, and flet, &  
 im. iura a finem  
 pti armati dicitur

stellum Axiam : ex quo loco fundus is, de quo agitur,  
 non longè abest. ibi certior sit à psuribus, homines per  
 multos liberos atque seruos, coëgisse. & armâsse. AE-  
 butium. cùm id partim miserentur, partim non cre-  
 derent. ecce ipse Aebutius in Castellum venit, denun-  
 ciat Cæcina se armatos habere, abiturum eum non  
 esse, si accessisset. Cæcina placuit, & amicis, quoad  
 videretur salvo capite fieri posse, experiri. \* cum de 21  
 castello descendunt, in fundum proficiscuntur. viden-  
 tur temerè commissum, verù, vt opinor, hoc fuit caus-  
 se : tam temerè istum re commissurum, quam verbis  
 nunciabatur, nemo putauit : atque iste ad omnes in-  
 troitus, quâ adire poterat, non modò in eum fundũ,  
 de quo contouersa fuerat, sed etiam in illum prxi-  
 mum, de quo nihil ambigebatur, armatos homines  
 opponit. itaq; primò cùm in antiquum fundũ ingre-  
 di vellet, quod ea proximè accedi poterat : frequentes  
 armati obstitērunt. \* quo loco depulsus Cæcina, ta- 22  
 men, quâ potuit, ad eum fundum profectus est, ex quo  
 ex conuentu vim fieri oportebat, eius autem fundi ex-  
 tremam partem olea directo ordine definiunt. ad eas  
 cùm accederetur, iste cum omnibus copijs praesto fuit,  
 seruumq; suum nomine Antiocham ad se vocauit, &  
 clara voce imperauit, vt eum, qui illum olearũ ordinẽ  
 intrasset, occideret. homo mea sententia prudentissi-  
 mus, Cæcina, tamen in hac re plus mihi animi, quam  
 consilij videtur habuisse : nã cùm & armatorũ mul-  
 titudine videret, & eam vocẽ Aebatij, quam commemo-  
 rauerat, audisset, tamẽ accessit propius, & iam ingre-  
 dit. s. intra finem eius loci, quẽ olea terminabant, im-  
 pitũ armati Antiochi, ceterorumq; tela atq; incursum  
 refu-

ORATIO

refugit. eodem tempore se in fugam conferunt vnà amici, aduocatiq; eius metu perterriti: quem admodum illorum testem dicere audistis. \* his rebus ita gestis P. Dolabella prætor inter dixit, vt est consuetudo, DE VI HOMINIEVS ARMATIS, sine vlla exceptione, tantum, vt vnde desecisset, restitueret. restituisse se dixit, sponso facta est. hac de sponso vobis iudicandum est. Maximè fuit optandum Caccina recuperatores, primùm vt controuersia nihil haberet: secundo loco, vt ne cum tam improbo homine: tertio, vt cum tam stulto haberet, etenim non minis vos stulticia illius subleuat, quam ladit improbitas. improbus fuit, quòd homines coegit, armauit, coactis armatiq; vim fecit. lafit in eo Caccinaw. subleuauit ibidem: nam in eas ipsas res, quas improbi sime fecit, testimonia sumpsit, & eis in caussa testimonijs vtitur.

24 \* itaque mihi certum est recuperatores, antequam ad meam defensionem meosq; testes venio, illius vi confessione & testimonijs. quid confitetur? atque ita libenter confitetur, vt non solum fateri, sed etiam profiteri videatur, recuperatores, conuocauit homines, coegi, armaui: terrori mortis ac periculo capitis, ne accederes, obstiti. ferro, (inquit) ferro (& hoc dicit in iudicio) te reieci atque perteri ui. quid? testes quid aium? P. Veilius propinquus AEButijs se AEButio cum armatis seruis venisse aduocatum. quid præterea? fuisse complures armatos. quid aliud? minatum esse AEButium Caccina, quid ego de hoc teste dicam, nisi hoc, recuperatores, vt iacirco non minis ei credatis quòd homo minus idoneus habetur: sed ideo credatis, quòd ex illa parte id dicit, quòd illi caussa maximè est

PRO

mè est alienum? \* AEButium, sed erit hoc dicit, armauit, prædicit, Antiocho Caccinam aduocatores, quare amplius hoc de eum rogaret à Caccinam rei capitale v modo aut loquat, an prædicit. \* deinde L. armauit dicit fuisse aduocati perperam teste detrahant, quibus sese vram qua effugere poterit. huius ego testi cordem separauit, Antiochus & eius filius & se suos armatos plus: cum AEButio tunc Caccinam possit hoc idem P. Rusticus loquo in iudicio eio hoc præterea teste fonsis dixerunt, P. cilloritate graui, Chelms, cuius nomen minus confidens, quòd de vi dixerunt

mē est alienum? \* A. Terentius alter testis non mo- 25  
 dō Aebutium, sed etiā seipsum arguit. in Aebutium  
 hoc dicit, armatos homines fuisse. de se autem hoc  
 predicat, Antiocho Aebutij seruo imperasse, vt in  
 Cæcinem aduenientem cum ferro inuaderet. quid lo-  
 quar amplius hoc de nomine? in quem ego dicere,  
 cūm rogaret à Cæcina, nunquam volui, ne arguere  
 illum rei capitalis viderer: de eo dubito nunc, quo-  
 modo aut loquar, aut taceam, cūm ipse de se iuratus  
 predicet. \* deinde L. Cælius non solum Aebutium cū 26  
 armatis dixit fuisse compluribus, verūm etiā cum  
 aduocatis perpaucis tō venisse Cæcinam. de hoc ego  
 teste detrahā, cui aq̄ue atq̄ue meo testi vt credatis,  
 postulo? P. Memmius secutus est, qui suum non par-  
 uum beneficium commemorauit in amicis Cæcina,  
 quibus sese viam per fratris sui fundum dedisse dixit,  
 qua effugere possent, cūm essent metu omnis perterri-  
 ti. huic ego testi gratias agam, quod & in re miseri-  
 cordem se præbuit, & in testimonio religiosum. \* A. 27  
 Atilius, & eius filius L. Atilius, & armatos ibi fuisse,  
 & se suos armatos adduxisse, dixerunt, etiā hoc am-  
 plius: cūm Aebutius Cæcina malum minaretur, ibi  
 tum Cæcinam postulasse, vt moribus deductio fieret.  
 hoc idem P. Rutilius dixit, & eō libentiū dixit, vt a-  
 liquo in iudicio eius testimonio creditum putaretur.  
 duo præterea testes nihil de vi, sed de ipsa emptione  
 fundi dixerunt, P. Cæsennius auctor fundi, non tam  
 auctoritate graui, quā corpore, & argentarius Sex.  
 Clodius, cui nomen est Phormio, nec minūs iuger, nec  
 minūs confidens, quā ille Terentianus est Phormio,  
 nihil de vi dixerunt, nihil præterea, quod ad vestrum  
 iudi-

- 28 iudicium pertineret. \* Decimo verò loco testis ex-  
 citatus, & ad extremum reservatus dixit. senator po-  
 puli Rom. splendor orònis. decus atque ornamentum  
 iudiciorum, exemplar antiqua religionis. Fiducianus  
 Falcula: qui cum ita vehementer acerq; venisset,  
 ut non modo Caccinam per iurio suo laderet, sed etiam  
 mihi videretur irasci: ita eum placidum mollemque  
 reddidi, ut non auderet, sicut meministi, iterum di-  
 cere, quorù milia fundus suus abesse ab urbe: nam cū  
 dixisset nimis abesse LIII. populus cum risu accla-  
 mavit ipsa esse: meminere enim omnes, quantum  
 29 in Albano iudicio accepisset. \* in eum quid dicam,  
 nisi id, quod negare non possit? venisse in consilium  
 publica questionis, cum eius consilij iudex non esset?  
 & in eo consilio, cum causam non audisset, & pote-  
 stas esset ampliandi, dixisse, sibi liquere? dum inco-  
 gnita re iudicare voluisset, maluisse condemnare,  
 quam absolueret? eum, si vno minus damnarent, con-  
 demnari eius non posset, non ad cognoscendam causam,  
 sed ad explendam damnationem praesto fuisse?  
 utrum gravius aliquid in quempiam dici potest, quàm  
 ad hominem condemnandum, quem nunquam vi-  
 didisset, neque audisset, adductum precio esse? an cer-  
 tius quicquam obijci potest, quàm quod is, cui obijci-  
 30 tur, ne nutu quidem infirmare conatur? \* veruntamen  
 is testis (ut facile intellegeretis eum non adfuisse  
 animo, cum ab illis causa ageretur, testisq; dicerent,  
 sed tantisper de aliquo reo cogitasse) cum omnes ante  
 eum dixissent testas, armatos cum aEbulo fuisse com-  
 plures: solus dixit, non fuisse. visus est mihi primo  
 veterator intelligere praclare, quid causa optaret:

& tunc

PRO A. CÆCINÀ.

& tantummodo errare, quod omnes testes infirma-  
 ret, qui ante eum dixissent: cum subito ecce idem  
 qui solet, suos solos seruos armatos fuisse dixit. quid  
 huic tu homini facias? nonne concedas interdum, ut  
 excusatione summa stultitia, summa improbitatis  
 odium deprecetur? \* verum recuperatores his testi- 31  
 bus non credidistis, cum, quid liqueret, non habui-  
 stis? at controuersia non erat, quin verum dicerent,  
 an in coacta multitudine, in armis, in telis, in pra-  
 senti metu mortis, perspicuo periculo cadis, dubium  
 vobis fuit, an esse vis aliqua videretur, necne? qui-  
 bus igitur in rebus vis intelligi potest, si in his non  
 intelligitur? an vero illa defensio vobis praclara vi-  
 sa est? non deiecti, sed obstiti: non enim te sum passus  
 in fundum ingredi, sed armatos homines oppo-  
 sui: ut intelligeres, si in fundo pedem posuisses, sta-  
 tim tibi esse pereundum. quid ais? is, qui armis  
 perterritus, fugatus, pulsus est, non videtur esse de-  
 iectus? \* posterius de verbo videbimus: nunc rem ip- 32  
 sam ponamus, quam illi non negant: & eius rei ius,  
 actionemque queramus. Est hac res posita, que ab ad-  
 uersario non negatur: Cæcinam, cum ad constitutum  
 diem tempusque venisset, ut vis ac deductio moribus fieret,  
 pulsam prohibentemque esse vi coactis hominibus, &  
 armatis. cum hoc constet, ego homo imperitus iu-  
 ris, ignarus negotiorum ac litium, hanc puto me ha-  
 bere actionem, ut per interdictum meum ius reman-  
 atque iniuriam tuam persequar. fac in hoc errare  
 me, nec villo modo possit hoc per interdictum id asse-  
 qui, quod velim: te uti in hac re magistro volo.  
 \* quæro, sine aliqua huius rei actio, an nulla? 33  
 conuo-

ORATIO

conuocari homines propter possessionis controuersiam non oportet: armari multitudinem iuris retinendi causa non conuenit: nec iuri quicquam tam inimicum, quam vis: nec equitati quicquam tam infestum est, quam conuocati homines & armati. quod cum ita sit, resq; eiusmodi sit, ut imprimis à magistratibus animaduertenda esse videatur: iterum quero, sit ne eius rei aliqua actio, an nulla? nullam esse dicetis? audire cupio, qui in pace & ocio cum manum fecerit, copias pararit, multitudinem hominum coegerit, armarit, instruxerit, homines inermes, qui ad constitutum experundi iuris gratia uenissent, armis, uiris, terrore periculoq; mortis repulerit, fugarit, auerterit, hoc dicat. \* feci equidem, quae dicis, omnia, & ea sunt & turbulenta, & temeraria, & periculosa: quid ergo est? impudè feci: nam, quid agas mecum ex iure ciuili, ac praetorio, non habes. ita ne uerò recuperatores? hoc vos audietis? & apud vos dici patiemini sepius? cum maiores nostri tanta diligentia prudentiaq; fuerint, ut omnia omnium non modò tantarum rerum, sed etiam tenuissimarum iura statuerint, persecutiq; sint, ut hoc genus unum vel maximum praetermitterent, ut si qui me exire domo mea coegisset armis, haberem actionem: si qui introire prohibuisset, non habeam? nondum de Caccina causa disputo, nondum de iure possessionis nostrae loquor, tantum de tua defensione. C. Piso queror. \* quando ita dicis, & ita constituis: si Caccina, cum in fundo esset, inde deiectus esset, tum per hoc interd. & cum eum restitui oportuisset: nunc uerò deiectum nullo modo esse inde ubi non fuerit, hoc interd. nihil nos assuetos

PRO  
 itos esse: quero, si  
 tem eacti homines  
 itaq; adiuuam  
 prohibuerim, quae  
 L. Calphurnium, ut  
 inuariatam, quid ad  
 ostendendum eum, q  
 neque ad in curia?  
 animaduersionem ag  
 legar. non solum eg  
 lice: maquid magis  
 rum non sui possession  
 uoluntate libertate u  
 metea. Piso, i actua  
 restituit in aditu  
 rum fieri uetat, an  
 si, de clacra, de m  
 trauesu interdicit  
 osioma re quid facio  
 mo relictisq; sui pre  
 mienis coactis, &  
 more & exemplo op  
 nem dicit? aut qu  
 uisulabu? unde vi  
 uerit. nouum est  
 nono inauditum  
 tum ille hoc respon  
 natus se tibi obijci  
 nullo modo potest  
 erg, coquis, si qu  
 uolign: à uerbu

ditos esse: quero, si te hodie domum tuam redeun-  
 tem coacti homines & armati non modò limine te-  
 ctogq; adium tuarum, sed primo aditu vestibuloq;e  
 prohibuerint, quid acturus sis? monet amicus meus  
 L. Calphurnius, ut idem dicas quod ipse antea dixit,  
 iniuriarum. quid ad causam possessionu? quid ad  
 restituendum eum, quem oportet restituui? quid de-  
 nique ad ius civile? aut actoris, ad notionem atque  
 animaduersionem ages iniuriarum? plus tibi ego  
 largiar, non solum egeris verum etiam condemnaris  
 licet: nunquid magis possidebis? actio enim iniuria-  
 rum non ius possessionis assequitur, sed dolorem im-  
 minuta libertatis iudicio poenagque mitigat. \* prator 36  
 interea, Piso, tanta de re tacebit? quemadmodum te  
 restituat in ades tuas, non habebit? qui dies totos aut  
 vim fieri vetat, aut restituui factam iubet, qui de fos-  
 sis, de cloacis, de minimis aquarum itinerumq; con-  
 trouersis interdicit, is repente obtumescet? in atro-  
 cissima re quid faciat, non habebit? & C. Pisone do-  
 mo tectisque suis prohibito, prohibito inquam per ho-  
 mines coactos, & armatos, prator, quemadmodum  
 more & exemplo opiculari possit, non habebit? quid  
 enim dicit? aut quid tu tam insigni accepta iniuria  
 postulabis? unde ut prohibitus sis? nemo vnquam in-  
 terdixit. nouum est, non dico inusitatum, verum om-  
 nino inauditum. unde deiectus? quid proficies,  
 cum ille hoc respondebit tibi, quod tu nunc mihi: ar-  
 matos se tibi obstitisse, ne in ades accederes: deijci por-  
 ro nullo modo potuisse, qui non accesserit? \* deijciior 37  
 ergo, inquit, si quis meorum deijcitur, omnino, iam  
 bene agis: à verbis enim recedam, & aequitate uteris:

ORATIO

nam verba ipsa si sequi volumus, quomodo tu deice-  
 ris, cum seruus tuus deiecitur? verum ita est, ut dicu-  
 te deiectum debeat intelligere, etiam si tactus non fue-  
 rit. nonne? age nunc, si ne quidem tuorum quisquam  
 loco motus erit, atque omnes in adibus adseruari ac re-  
 tenti, tu solus prohibitus, & tuis adibus vi atque ar-  
 mis perterritus: utrum hanc actionem habebis, qua  
 nos vsi sumus, an illam quampiam? an omnino nul-  
 lam? nullam esse actionem dicere in re tam insigni,  
 tamque atroci, neque prudentia neque auctoritatis tua  
 est. alia si qua forte est, qua nos fugerit, dic qua sit:  
 38 cupio discere. \* hoc si est, qua nos vsi sumus: te iudi-  
 ce vincamus, necesse est: non enim vereor, ne hoc di-  
 cas, in eadem causa eodem interdicto te oportere re-  
 sisti, Cacinam non oportere. etenim cui perspi-  
 cuum non sit, ad incertum reuocari bona, fortunas,  
 possessiones omnium, si vlla ex parte sententia huius  
 interdicti diminuta, aut infirmata sit? si auctori-  
 tate virorum talium, vis armatorum hominum iudi-  
 cio approbata videtur, in quo iudicio non de armis  
 dubitatum, sed de verbis quaesitum esse dicatur? isne  
 apud vos obtinebit causam suam, qui se ita defende-  
 rit? eieci ego te armatis hominibus, non deieci: ut  
 tantum facinus non in aequitate defensionis, sed in v-  
 39 na litera latuisse videatur? + huiusce rei res statu-  
 tis nullam esse actionem? nulli experiundi, ius consti-  
 tutum quod obstiterit armatis hominibus? quod mul-  
 titudine coacta non introitu, sed omnino aditu quem-  
 piam prohibuerit? quid ergo? hoc EIECI EGO TE,  
 NON DEIECI. quae habet enim ut illa res aliquid  
 aliqua ex parte differre videatur, utrum pedem cum

int-

intulero, atq; in possessione vestigium fecero, tum expellat atq; dicitur: an quum eadem vi atque iisdem armis mihi antè occuratur, ne non modò intrare, verùm etiã aspiciere aut aspirare possim? qui hoc ab illo differt? vi ille cogatur restituere, qui ingressũ expulerit: ille, qui ingredientẽ repulerit, non cogatur?  
 \*valere per deos immortales, quod ius nobis, quã conditionem vobismetipsis, quam deniq; civitati legem constituere velitis. huiusce generis vna est actio, per hoc interdictum, quo nos visi sumus, constituta. ea si nihil valet, aut si ad hanc rẽ non pertinet, quid negligentius, aut quid stultius maiorib; nostris dici potest, qui aut tanta rei prætermiserint actionem, aut eam constituerint, qua nequaquã satis verbis caussam & rationẽ iuris amplecteretur? periculosum est dissolvi hoc interdictũ: capiosum est omnibus rem vllã constitutũ eiusmodi, qua cum armis gesta sit, rescindi iure non possit: veruntamẽ est turpissimum illud tantò stultitia prudentissimos homines condemnari, vt vos iudicetis huius rei interdictum, atq; actionẽ in mentẽ maioribus nostris non venisse. \*queramur, inquit, licet, tamen hoc interdicto AEBUTUS nõ tenetur. quid ita? quia vis Cæcina facta non est. dici in hac causa potest, vbi arma fuerint, vbi coacta hominũ multiundo, vbi instructi & certis locis cũ ferro homines collocati. vbi mine, pericula, terroresq; mortis, ibi vim nõ fuisse? nemo, inquit, occisus est, neq; sauci. quid ais? eum de possessionis controversia, & de priuatorũ hominum contentione iuris loquar, tu vim negabis esse factã. si cades & occisio facta nõ erit? ego exercitus maximos sæpè pulsos & fugatos esse dico terrore ipso  
 40  
 41  
 t. 2.      impe-

ORATIO

impetūq; hostium, sine cuiusquam non modò morte,  
 42 verum etiam vulnere. \* etenim recuperatoris, non  
 ea sola vis est, qua ad corpus nostrum vitamq; per-  
 uenit, sed etiam multò maiore ea, qua periculo mor-  
 tu iniecto, formidine animum perterritum loco sapè  
 & certo de statu dimouet: ut aq; saucij sapè homines,  
 cum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt,  
 neq; eum relinquunt locum, què statuerint defende-  
 re. at alij pelluntur, integri, vt non dubium sit, quis  
 maior adhibita vis ei sit, cuius animus sit perterritus,  
 43 quam illi, cuius corpus vulneratum sit. quod si vi pul-  
 sos dicimus exercitus esse eos, qui metu ac tenui sapè  
 suspitione periculi fugerunt: & si non solùm impulsu  
 scutorum, neq; conflictu corporum, neq; ictu cominus,  
 neq; coniectione telorum, sed sapè clamore ipso militū,  
 aut instructione, aspèctūq; signorū magnas copias pul-  
 sas esse & vidimus, & audiuiimus: qua vis in bello ap-  
 pellatur, ea in otio appellabitur? & quod vehemens in  
 re militari putatur, id leue in iure civili iudicabitur?  
 & quod exercitus armatos mouet, id aduocationē ro-  
 gatorū nō videbitur mouisse? & vulnus corporis magis  
 istā vim, quàm terror animi declarabit? & sauciatio  
 44 quereretur, cum fugam factā esse constabit? \* cuius, n.  
 testis hoc dixit, metu perterritus nostris aduocatis, lo-  
 cum, quā effugerent, demonstrāsse. qui non modò vt  
 fugerent, sed etiā ipsius fuga tutam viam quaesierunt,  
 hūc vi adhibita nō videbitur? quid igitur fugiebant?  
 propter metum quid metuebant? vim videlicet. po-  
 testis igitur principia negare, cum extrema cōceditis?  
 fugisse perterritos confitemini: causam fuga dicitis  
 eandem, quam omnes intelligimus, arma, multitudi-  
 nem

uem hominum, incurfionem atq; impetū armorū: hæc  
 vbi cōceduntur esse facta, ibi vis facta negabitur? \* at 45  
 verò hoc quidē iam vetus est, & maiorū exemplo mul-  
 tiū in reb. vfitatum: cūm ad vim faciendā veniretur.  
 si quos armatos quāuis procul conspexissent, vt statim  
 testificati discederent, optimē sponfionem facere pos-  
 sent, ni aduersus edictū pratorū vis facta esset. itane  
 vero? scire esse armatos, satis est vt vim factā probes:  
 in manus eorū incidere, non est satis? aspectus arma-  
 torum ad vim probandam valebit, incurfus & impe-  
 tus non valebit? qui abierit, facilius sibi vim factam  
 probabit, quā qui effugerit? \* at ego dico hoc: si, vt 46  
 primò in castello Cæcine dixit Aebutius, se homines  
 coëgisset, & armasse, neg. illum si eò accessisset, abitu-  
 rum statim Cæcina discessisset: dubitare vos non de-  
 buisset, quin Cæcina facta vis esset. si verò simul ac pro-  
 eul conspexit armatos, recessisset: eò minus dubitare  
 tis: omniū enim vis est, qua periculo aut decedere nos  
 aliunde cogit, aut prohibet accedere. quòd si aliter  
 statueritis, videte, ne hoc vos statuatis, qui viuis dis-  
 sefferit, ei vim non esse factam: ne hoc omnibus in pos-  
 sessionum controuersis prescribatis, vt consilgendum  
 sibi & armis decertandum putens: ne, quem admodū  
 in bello, pœna ignauis ab imperatoribus constituitur,  
 sic in iudicijs deterior causa sit eorum, qui fugerint,  
 quā qui ad extremum vsq; contenderint. \* cū de iure 47  
 & legitimis hominum controuersis loquimur, & in  
 hū reb. vim nominamus, pertonuis vis intelligi debet.  
 vidi armatos, quāuis paucos: magna vis est. decessit  
 vnius hominis telo perterritus: deiectus detrususq; sū.  
 hoc si ita statueritis, non modò non erit cur depugnare  
 quis-

ORATIO

quisquam posthac possessionis causa velit, sed ne illud quidem, cur repugnare. sin autem vim sine cade, sine vulneratione, sine sanguine nullam intelligitis, statuetis, homines possessionis cupidiores, quam vitam, esse oportere.

48 \* age vero de vi te ipsum habbo iudicem Albuti: responde, si tibi videtur: in sandum Cacina virum noluit tandem, ac non potuit accedere? cum te obstitisse, & puidisse dicis, certe hunc voluisse concedis. potes igitur dicere non ei vim fuisse impedimento, cui, cum cuperat, eoque consilio venisset, per homines coactos non sit licitum accedere? si .n. id, quod maxime voluit, nullo modo potuit: vis profecto quadam obstiterit necesse est: aut tu dic, quamobrem eum vellet accedere, non accesserit.

49 \* iam vim factam negare non potes. deiectus quem admodum sit, qui non accesserit, id queritur: dimoueri enim, & depelli de loco necesse est eum, qui deieciatur. id autem accidere ei, qui potest, qui omnino in eo loco, vnde se deiectum esse dicit, nunquam fuit? qui si fuisset, & ex eo loco, metu per motus fugisset, cum armatos vidisset: diceretne esse deiectum? opinor, at tu, qui tam diligenter & tam callide verbis controuersias, non equitate diiudicas, & iura non utilitate communi, sed literis exprimis, poterisne dicere deiectum esse eum, qui tactus non erit? quid? detrusum dices? nam eo verbo antea praeiores hoc interdicto vii solebant, quid ais? potestne detrueri quisquam, qui non attingitur? nonne, si verbum sequi volumus, hoc intelligamus necesse est, eum detrueri, cui manus afferantur? necesse est inquam, si ad verbum rem volumus adstringere, neminem statum detrusum, qui non adhibita vi, manu demotus, & actus praeceptis intelligatur. \* deiectus vero d

quis

PRO A. CÆCINA.

quis potest esse quisquam, nisi in inferiore locum de superiore motus? potest pulsus, fugatus, eiectus denique, illud verò nullo modo potest, deiectus esse quisquam non modò qui tactus non sit, sed ne aequo quidem, & plano loco. quid ergo? hoc interdictum putamus eorum esse causa compositum, qui se precipitatos ex locis superioribus dicerent? eos enim verè possumus dicere esse deiectos. annon, cum voluntas & consilium, & sententia interdicti intelligatur, impudentiam summam, aut stultitiam singularem putabimus, in verborum errore versari, rem, & causam & utilitatem communem non relinquere solum, sed etiam prodere? <sup>52</sup> an hoc dubium est, quin neque verborum tanta copia sit, non modò in nostra lingua, quae dicitur esse inops, sed ne in alia quidem vlla, res ut omnes suis certis ac proprijs vocabulis nominentur? neque verò quicquam opus sit verbis, cum ea res, cuius causa verba quaesita sint, intelligatur. quae lex, quod senatusconsultum, quod magistratus edictum, quod foedus aut pactio, quod (ut ad priuatas res redram) testamentum, quae iudicia aut stipulationes, aut pacti & conuenti formula non in se inuari, aut conuelli potest, si ad verba re deflectere velimus, consilium autem eorum, qui scripserunt, & rationem, & auctoritatem relinquamus? <sup>52</sup> sermo mehercule, & familiaris & quotidianus non cohaerebit, si verba inter nos aucupabimur. denique imperium domesticum nullum erit, si seruulis hoc nostris concesserimus, ut ad verba nobis obediunt, non ad id quod ex verbis intelligi possit, obtemperent. exempla nunc vti videlicet mihi necesse est harum rerum omnium. non occurrit vnicuique vestrum aliud alijs in omni genere exemplum, quod testimonio sit, non ex ver-

hū totum pendere ius, sed verba seruire hominum cō-  
 53 filijs. & auctoritatibus? \* ornate & copiose L. Cras-  
 sus, homo longe eloquentissimus, pauld antè quàm nos  
 in forum venimus, iudicio centumviri ali hanc senten-  
 tiam defendit: & facile, cum contra eum prudentis-  
 simus homo Qu. Mutius diceret, probavit omnibus M.  
 Curium, qui heres institutus esset ita, mortuo Post-  
 humo filio, cum filius non modo non mortuus, sed ne  
 natus quidem esset, heredem esse oportere? quid? ver-  
 ba satis hoc cautū erat? minime. quæ res igitur va-  
 luit? voluntas quæ tacitis nobis intelligi posset, verbis  
 omnino non videretur. quia nos potest, verba reperta  
 sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent volun-  
 54 tatem. \* lex vsu auctoritate fundi iubet esse bien-  
 nium. at vitimur eodem iure in adibus, quæ in lege non  
 appellatur. si via sit immunita, iubet, quæ velit, agere  
 iumentū. potest hoc ex verbis intelligi, licere, si via sit  
 in Brutijs immunita, agere, si velit, iumentum per M.  
 Scauri Tusculanum. actio est in auctorem presentem  
 his verbis: Quandoquidem te in iure conspicio. hac  
 actione Appius ille cecus uti non posset, si tam verè ho-  
 mines verba conspectarentur, quæ rē, cuius causa ver-  
 ba sunt, nō considerarent. testamento, si recitatus ha-  
 res esset pupillus Cornelius, isq; iam annos XX. habe-  
 55 ret, vobis interpretib. amitteret hereditatē? \* veniunt  
 in mentem mihi permulta, vobis plura certò scio. ve-  
 rum ne nimium multa cōplectamur, atq; ab eo, quod  
 propositum est, longius aberret oratio: hoc ipsum in-  
 terdictum, de quo agitur, consideremus, intelligetis e-  
 nim in eo ipsi, si in verbis ius constituamus, omnem  
 vtilitatem nos huius interdicti, dum versuti & cal-  
 lidi

sibi voluimus esse, at  
 MILLIA, APT  
 villicus tuus solus  
 opinor, sed aliquis  
 resistuisse? quippe  
 is, qui Latine sciant  
 valere? si verò tu h  
 que me deceat: cū  
 a familia mea facta  
 quin, si ad rem ius  
 familiaris intelligat  
 quin vna homo se  
 modo possulat, si  
 inter dicta, tu,  
 prudentiam con  
 defensionē, & p  
 Latine non loqui  
 quantum est factu  
 hoc proponerint  
 quistam, sine ser  
 numero distingua  
 \* de liberis, aut q  
 pilleris: nō quo  
 tores, qui negent  
 cognita sententia  
 luerunt: nō n. al  
 in pluribus: nō  
 vti me tuus pro  
 ut deo dicitur  
 si dicitur resp.  
 aliter vna vica

ludi volumus esse, amissuros. VNDE TV AVT FA-  
 MILIA, AVT PROCVRATOR TVVS. Si me  
 villicus tuus solus deiecisset: non familia deiecisset, vt  
 opinor, sed aliquis de familia: rectè igitur dices te  
 restituisse? quippe. quid enim faciùs est, quàm probari  
 ijs, qui latine sciunt, in vno seruulo familia nomen nõ  
 valere? si verò ne habeas quidem seruum prater eum,  
 qui me deiecerit: clames videlicet, si habeo familiam,  
 à familia mea fateor te esse deiectum. neq; dubium est,  
 quin, si ad rem iudicandam verbo ducimur, non re  
 familiam intelligamus, qua constat ex seruis pluribus,  
 quin vnus homo familia non sit. verbum cerè hoc nõ  
 modò postulat, sed etiam cogit. \* at verò ratio iuris 56  
 inter dictiq; vni, & pratorum voluntas, & hominum  
 prudentium consilium, & auctoritas respuat hanc  
 defensionè, & pro nibilo putes. quid ergo? isti homines  
 latine non loquuntur? immò verò tantum loquuntur,  
 quantum est satù ad intelligendam voluntatè: cum sibi  
 hoc proposuerint, vt siue metu deieceris, siue tuorum  
 quisq; am, siue seruorum, siue amicorum, vt seruos nõ  
 numero distinguant, sed appellat vno familia nomine.  
 \* de liberis, aut quisquis est, procuratoris nomine ap- 57  
 pellerur: nõ quo omnes sint aut appellentur procura-  
 tores, qui negotij nostri aliquid gerant: sed in hac re,  
 cognita sententia interdicti, verba exquiri omnia no-  
 luerunt: nõ n. alia causa est aequitatis in vno seruo, &  
 in pluribus: nõ alia ratio iuris in hoc genere dütaxat,  
 vtrũ me tuus procurator deiecerit u, qui legitime pro-  
 curator dicitur omnium rerum eius, qui in Italia nõ  
 sit, absit vè reip. causa, quasi quidã penè dominus, h. e.  
 alieni iuris vicarius: an tuus colonus, aut vicinus, aut  
 elius,

58 cliens, aut libertus, aut quiuis, qui illam vim deiectionemq; tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit. \* quare si ad eum restituendum, qui vi deiectus est, eandem vim habet aequitatis ratio: ea intellecta, certe nihil ad rem pertinet, qua verborum vis sit, ac nominum. tam restitues, si tuus me libertus deiecerit, nulli tuo prepositus negotio, quam si procurator deiecerit: non quod omnes sint procuratores, qui aliquid nostri negotij gerunt: sed quod in hac re queri nihil attinet. tam restitues, si vnus seruulus, quam si familia deiecerit vniuersa: non quod idem sit seruulus, quod familia: verum quia, non quibus verbis quicquid dicatur, queritur, sed qua res agatur. etiam vt tam longius a verbo decedamus, ab aequitate ne tantulum quidem: si tuus seruus nullus fuerit. & omnes alieni ac mercenarij: tamen & ipsi tuae familiae  
 59 & genere & nomine continebantur. \* Perge porro hoc idem interdictum sequi. **HOMINIB. COACTIS** neminem coegerit, ipsi conuenerint sua sponte: certe cogitis, qui congregat homines & conuocat. coacti sunt ij, qui ab aliquo sunt vnum in locum congregati. si non modo conuocari non sunt, sed ne conuenerunt quidem: sed ij modo fuerunt, qui etiam antea, non vbi vt fieret, verum colendi, aut pascendi causa, esse in agro consueuerant: defendes, homines coactos non fuisse: & verbo quidem superabis, me ipso iudice, re autem ne consistes quidem vilo iudice; vim enim multitudinis restitui voluerunt, non solum conuocata multitudo: sed quia plerumq; vbi multitudine opus est, homines cogi solent, ideo de coactis compositum interdictum est, quod etiam si verbo differre videbitur, re tamen erit vnum, & omnibus in causis idem valebit, in quibus, perspicitur vna

PRO  
 et q. eadem casu  
 quid ducimus?  
 appellare verum  
 parati oratione  
 aut fuffit. aliqu  
 si, quem hominib.  
 teste te dices? ver  
 vob. ponderantur  
 si non fuffit ar  
 terra ipsi tollerent:  
 non fuffit armat  
 gerit arbori: ar  
 gradum alia ad  
 eos vueres fuffi  
 rum iudicium,  
 erit & aequit  
 calumnia delect  
 dicem, aut respo  
 ftrm infficienda  
 de valde, quafi  
 ita parati fuffi  
 effere. \* atq; vt  
 vident: si in fol  
 imperij in me  
 de sine dicere  
 hic autem horum  
 non tam impud  
 impudencior: ma  
 tate poffes, quid  
 viderentur: ar  
 quidam interdi

atq. eadem causa aequitatis. \* ARMATIS V'E. 60  
 quid dicemus? armatos, si Latine loqui volumus, quos  
 appellare verè possumus? opinor eos, qui scutis, telisq.  
 parati, ornatiq. sunt. quid igitur? si glebis aut saxis,  
 aut fustib. aliquem de fundo præcipiti egeris, iussusq.  
 sis, quem hominib. armatus deisceru, restituro: resti-  
 tuisse te dices? verba si valent, si causa nõ ratione, sed  
 vocib. ponderantur: me auctore dicito, vinctes profe-  
 rto non fuisse armatos eos, qui saxa iacerent, quæ de  
 terra ipsi tollerent: non esset arma cespitis neg. glebas,  
 non fuisse armatos eos, qui prætereuntes ramis defrin-  
 gerent arboris: arma esse suis nominibus alia ad te-  
 gendum, alia ad nocendum: quæ qui non habuerint,  
 eos inermes fuisse vinctes. \* verum, siquid erit armo- 61  
 rum iudicium, tum ista dicito. iuris iudicium, cum  
 erit & aequitatis, caue in ista tam frigida, tam ieiuna  
 calumnia deliteas: non enim reperies quenquã iu-  
 dicem, aut recuperatorem, qui, tanquam si arma mi-  
 litu inspicienda sint, ita probeat armatum: sed perin-  
 de valebit, quasi armatissimi fuerint, si reperientur  
 ita parati fuisse, ut vim vita, aut corpori potuerint  
 asferre. \* atq. ut magis intelligas, quam verba nihil 62  
 valeant: si tu solus, aut quiuis vnus cū scuto, cū gladio  
 impetū in me facisset, atq. ego ita deictus essem, au-  
 deresne dicere interdictum esse de armatu hominib.  
 hic autem hominem armatum vnum fuisse? nõ, opi-  
 nor, tam impudens es. atqui vide, ne multo nunc sis  
 impudentior: nam tum quidẽ omnes mortales implo-  
 rare posses, quod homines in tuo negotio Latine loqui  
 obliuiscerent: ut, quod inermes armati iudicauerunt,  
 quod, cum interd. etũ esset de pluribus, com. ssa res esset  
 ab vno,

## ORATIO

63 ab vno, vnus homo plures esse homines iudicaretur: <sup>2</sup> verum in his causis non verba veniunt in iudicium, sed res, cuius causa verba hæc in interdictum coniecta sunt, vim, quæ ad caput & ad vitam pertinet, restitui sine vlla exceptione voluerunt. ea si plerumq; per homines coactos armatosq; quæ si alio consilio, eodem periculo facta sit, eodem iure esse voluerunt: non enim maior est iniuria, si tua familia, quàm si tuus villicus: non si tui serui, quàm si alieni ac mercenarij: non si tuus procurator, quàm si vicinus, aut libertus tuus: non si coactis hominibus, quàm si voluntarijs, aut etiam assiduis ac domesticis: non si armatis, quàm si inermibus, qui vim haberem armatorum ad nocendum: non si pluribus, quàm si vno armato: quibus enim rebus, plerumq; vis fit, eiusmodi hæres, appellantur interdicto, si per alias res eadem facta vis est, ea, tamen si verbis interdicti non concluditur, tamen

64 sententia iuris atq; auctoritate retinetur. \* venio nunc ad illud tuum: NON DEIECI, si non sui accedere puto te ipsum, Piso, perspicere, quanto ista sit angustior, iniquiorq; defensio, quàm si illa vterere: nõ fuerunt armati, cum sustibus & saxis fuerunt, si me hercule mihi, non copioso homini ad dicendum, optio datur, vtrum malim defendere, non esse deiectum eum, cui vi & armis ingredienti sit occursum: an armatos non fuisse eos qui sine scutis ac sine ferro fuerint: omnino ad probandum viramq; rem videam infirmam nugatoriamq; esse: ad dicendum autem, in altera videam mihi aliquid reperire posse, non fuisse armatos eos, qui neq; ferri quicquam, neq; scutum vllum habuerint: hic verò haream, si mihi defendendum sit,

defendum sit, cum  
iustum. \* atq;  
ximè mirum v  
auctoritatis obtin  
meti non vobis pri  
lin, tamen admo  
dicretur: nam cet  
vni, cum se in cau  
nam quod defendu  
vi dicitur, summe  
iniquitati vobis  
ere, tum illud, qu  
dent: tum autem  
in iniuriam voc  
bono, non ex  
portere: scrip  
cui, voluntate se  
ille verò causa,  
das, cū tua sint ea  
prohibitus et accu  
fit hac oratio, fat  
missi, fateor, vbi  
interdicto pro ator  
valeat. sed ego  
vbi delictum, non  
prohibitus ne ven  
insultatur, qu  
verbi haberi op  
fit causam apud  
antia commemo  
(tamen ille in



eū) tamen probasse nemini quod defendit, quia verū  
 oppugnare equitatē videbatur. cum id miror, se hoc  
 in hac re alieno tempore, & contra quam ista causa  
 postulasset, defendisse: tum illud vulgō in iudicijs, &  
 nonnunquā ab ingeniosis hominibus defendi mihi mi-  
 rum videri solet. nec iuris consultis concedi: nec ius ci-  
 uile in causis semper valere oportere. \* nam qui hoc  
 68 disputant, si id dicunt, non rectē aliquid statuere eos;  
 qui consulantur, non hoc debent dicere, iuri civili, sed  
 hominibus stultis obtemperari non oportere. si illas  
 rectē respondere concedunt, & aliter iudicari dicunt  
 oportere, malē iudicari oportere dicunt: neq; .n. fieri  
 potest, aut aliud iudicari de iure, aliud responderi o-  
 porteat, nec vt quisquam iuris numeretur peritus, quē  
 69 id statuatur esse ius, quod non oporteat iudicari. \* at est  
 aliquando contra iudicatum, primum vtrum rectē,  
 an perperam? si rectē, id fuit ius, quod iudicatum est:  
 si aliter, non dubium est, vtrum iudices, an iuris con-  
 sulti vituperandi sint. Deinde, si de iure vario quis-  
 piam iudicatu est, non potius cōtra iurisconsultos sta-  
 tuunt, si aliter pronunciatū est ac Mutio placuit, quā  
 ex eorum auctoritate, si vt Manilius statuebat sic est  
 iudicatum. etenim ipse Crassus non ita causam apud  
 Centumuiros egit, vt contra iurisconsultos diceret, sed  
 vt hoc doceret, illud, quod Scauola defendebat, nō esse  
 iuris: & in eam rem non solum rationes afferret, sed  
 etiam Q. Mutio sacerō suo, multūq; peritissimis ho-  
 70 minibus auctoribus vteretur. \* nam qui ius civile con-  
 temnendum putat, is vincula refellit non modo iudi-  
 ciorum, sed etiam vilitatis, vtiq; cōmunis. qui au-  
 tem interpretes iuris vituperant, si imperitos iuris est  
 d. cit.

licit, de hominibus  
 ritū non putat esse  
 dit, sed leges ac  
 mente profectū  
 detingeret, quam  
 iulato, nihil est:  
 esse, quid solum, aut  
 aquabile inter omnes  
 itaq; in cetero con-  
 ritur, aliquid factū  
 feratur, & sicut  
 felle tabula, non  
 bono viro iudice  
 cūm (sicut perper-  
 bulas, sicut est  
 recuperatoris, vi-  
 nig, nimia ista, q  
 in hoc solo generat  
 diatur iudicem, q  
 let. \* illud enim  
 vertendo hominū  
 esse, aut nequaquam  
 huic refert: huius  
 ni filium agnatum  
 iudica: quod  
 re, debet. non  
 que potentia. cui  
 natu hoc sanctū  
 arumpi iudicē  
 feritū, qui an  
 que, ut ceteris rei

PRO A. CÆCINA.

dicit, de hominibus, non de iure civili detrahit: si pe-  
 ritis non putat esse obtemperandum, non homines la-  
 dit, sed legis ac iura labi factat, quod vobis venire in  
 mentē profecto necesse est: nihil enim in cunctis tam  
 diligenter, quam ius civile, retinendum: etenim hoc  
 sublato, nihil est: quare exploratum cuiquam posse  
 esse, quid suum, aut quid alienum sit: nihil est, quod  
 æquabile inter omnes, atq; vnum omnibus esse possit.  
 \* itaq; in ceteris controuersijs atq; iudicijs, cum qua- 71  
 ritur, aliquid factum, necne sit, verum an falsum pro-  
 feratur, & fictus testis subornari solet, & interponi  
 falsæ tabulæ, nonnunquã honesto ac probabili nomine  
 bono viro iudici error obijci, improbo facultas dari, ut  
 cum sciens per peram iudicaris, testimonium aut ta-  
 bulas secutus esset: videatur, in iure nihil est eiusmodi  
 recuperatores, nō tabulæ falsæ, nō testis improbus, de-  
 niq; nimia ista, quæ dominatur in cunctis, potentia,  
 in hoc solo genere quiescit: qui agat, quomodo aggre-  
 diatur iudicem, quæ deniq; digitum perferat, non ha-  
 beret. \* illud enim potest dici iudici ab aliquo non tam 72  
 verecundo homine, quàm gratiofo: iudica hoc factum  
 esse, aut nunquam esse factum, vel cogitatum. crede  
 huic testi: has comprobat tabulæ, hoc non potest.  
 cui filius agnatus sit, eius testamentū nō esse ruptum,  
 iudica: quod mulier sine tutore auctore promiserit,  
 deberi, non est aditus ad huiusmodi res ne-  
 que potentia cuiusquam, neque gratia. denique quidem  
 maius hoc sanctiusquæ videatur, ne pretio quidem  
 corrumpi index in eiusmodi causis potest. \* iste ve- 73  
 ster testis, qui ausus est dicere, fecisse videri eum, de  
 quo, ne cuius rei argueretur, quidem scire potuisset,  
 ipse

ipse nunquam auderet iudicare, deberi viro dotem, quam mulier nullo auctore dixisset. o rem praclarā, vobis ob hoc retinendam recuperatores. quod enim est ius civile? quod neq; inflēcti gratia, neq; verfringi potentia, neq; adulteri ari pecunia possit. quod si non modò oppressum, sed etiam desertum: aut negligētis adseruatum erit. nihil est, quod quisquam sese habere certum, aut à patre accepturum, aut relicturum

74 literis arbitretur. \* quid enim refert, ades, aut fundum relictum à patre, aut aliqua ratione habere bene partum. si incertū sit, quae tua communi iure mācipij sint, ea possis ne retinere? si parum sit: communitum ius? si civili ac publica lege contra aliuus gratiam teneri potest? quid inquam prodest fundum habere. si, quae decentissimè descripta à maiorib. iura finium, possessionum, aquarum, itinerumq; sunt, haec perturbari aliqua ratione, commutariq; possunt? mihi credite, maior hereditas venit vnicuiq; nostrum in iisdem bonis à iure & à legib. quam ab iis, à quibus illa ipsa bona relicta sunt. nam vt perueniat ad me fundus, testamento alicuius fieri potest: vt retineam quod meum factum sit, sine iure civili non potest. fundus à patre relinqui potest: at vsucapio sūdi, h. e. finis sollicitudinis, ac periculi litium, non à patre relinquitur, sed à legibus. aqua ductus, haustus, iter, actus, à patre, sed tanta auctoritas harum rerum omnium à

75 iure civili sumitur. \* quapropter non minus diligenter ea, quae à maiorib. accepistis, publica patrimonii iuris, quam priuatæ rei vestrae retinere debetis: non solum, quod haec iure civili sepra sunt: sed etiam, quod patrimonium vnius incommo do dimittitur, ius amitti

mitti non potest sine magno incommodo civitatis. in  
 hac ipsa causâ recuperatores si hoc nos non obtinebi-  
 mus, ut armatis hominibus deiectum esse eum, quem  
 vi armatis hominibus pulsam fugatumque esse constet:  
 Cæcina rem non amitteret, quam ipsam animo sorti, si  
 tempus ita ferret, amitteret: in possessionem in præ-  
 sentia non restitueretur, nihil amplius <sup>populi R. causa,</sup> 76  
 civitatis ius, bona, fortuna, possessionesque, in dubium,  
 incertumque revocabuntur: vestra auctoritate hoc cõ-  
 struetur, hoc præscribetur: qui cum tu posthac de pos-  
 sensione contendes, eum si ingressum modò dececeris, in  
 prædium restituas oportebit: sin autem ingrediens,  
 cum armata multitudine obvius fueris; & ita veni-  
 entem repuleris, fugaris, auerteris, non restitues: tum  
 statueris vim in eade solùm, non in animo & libi-  
 dine: nisi cruor appareat, vim non esse factam: iniuri-  
 am tantùm eam qui prohibitus sit: nisi ex eo loco, ubi  
 vestigium impresserit, deici neminem posse. \* Iuris i- 77  
 gitor retinere sententiam, & equitatem plurimum  
 valere oportere, an verbo ac litera ius omne torqueri,  
 vos statuere recuperatores, virum utilius esse videatur:  
 hoc loco percommode accidit, quod non adest is, qui  
 paulò ante affuit, & adesse nobis frequenter in hac  
 causa solet, vir ornatissimus C. Aquilius: nam ipso  
 præsentè, de virtute eius & prudentia timidius dice-  
 rem, quod & ipse pudore quodam afficeretur ex sua  
 laude, & me similis ratio pudoris à præsentis laude  
 tardaret. cuius auctoritatis dictum est ab illa causa  
 concedi nimum non oportere. vercor, de tali viro plus  
 dicam, quam vos aut sentiatu, aut apud nos commo-  
 dorari velitis. \* quapropter hoc dicam, nunquam eius 78

ORATIO

auctoritatem nimium valere, cuius prudentiam populus R. in cauendo, non in decipiendo perspexerit: qui iuris civilis rationem nunquam ab equitate se iunxerit: qui tot annos ingenium, laborem, fidem suam populo R. promptam, expositamque prabuerit: qui ita iustus & bonus vir est, ut natura, non disciplina consultus esse videatur, ita peritus, ac prudens, ut ex iure civili non scientia solum quaedam, verum etiam bonitas nata videatur: cuius tantum est ingenium, ita propterea fides, ut quicquid inde haurias, purum, liquidumque te haurire sentias. \* quare permagna iniuria a nobis gratiam: cum eum auctorem nostrae defensionis esse dicitis. illud autem miror, cur vos aliquid contra me sentire dicatis, cum eum auctorem vos pro me appelletis, vestrum nominetis: verum amen quid ait iste vester auctor? omnibus quicquid verbum actum pronunciatumque sit, spectari conuenit. ego ex isto genere consultorum possum nominare non nominem, ut opinor istum ipsum, quo vos auctore rem istam agere, & defensionem causae constituere dicitis: qui cum istam disputationem mecum ingressus esset, non posse probare quinquam esse deiectum, nisi ex eo loco, in quo fuisset, rem, & sententiam interdicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat: a verbo autem posse recedi non arbitratur. \* cum exemplum vterer multum, etiam illa me tuerer aequitate, ab verbo, & ab scripto plurimum saepe in rebus aequi bonique, rationem esse se iunctam, semperque id valuisse plurimum, quod in se auctoritatis habuisset, aequitatem plurimum: consulatus est me, & ostendit, in hac ipsa causa nihil esse quod laborare: nam verba ipsa sponsonem facere mecum, si vellem diligenter

PRO A. CÆCINA.

ligenter attendens. quonam inquam modo? quia cer-  
 te, inquit, deiectus est Cæcina vi, hominibus armatis  
 aliquo ex loco: si non ex eo loco, quæ in locum venire  
 voluit, at ex eo certè. vnde fugit. quid tum? prator,  
 inquit, interdixit, vt, vnde deiectus esset, ed restitueretur,  
 hoc est, quicumque in locus esset, vnde deiectus est.  
 AEBUTUS autem, qui fatetur aliquo ex loco deiectum  
 esse Cæcinã, u, quod modo se restituisse dixit, necesse est  
 malè fecerit sponsonem. \* quid est Piso? placet tibi 81  
 pugnare verbum? placet causam iuris, & equitatis, &  
 nõ nostra possessionis, sed omninõ possessionũ omnium  
 constituere in verbo? ego quod mihi videretur, quod à  
 maioribus factitatum, quod horum auctoritate, qui-  
 bus iudicandum est, dignum esset, ostendi, id verum, id  
 equum, id vtile omnibus esse: spectari, quo consilio &  
 qua sententia, non quibus quidq; verbis esset actum.  
 eu me ad verbum vocas? non antè venio, quã recusaro:  
 nego oportere, nego obtineri posse, nego vllam rem esse,  
 qua aut cõprehendi satũ, aut caueri, aut excipi possit,  
 si aut praterito aliquo verbo, aut ambiguo posito, sen-  
 tentia & recognita, nõ id quod intelligitur, sed id quod  
 dicitur, valebit. \* quoniam satũ recusasi, venio iam 82  
 quo vocas, quaro abs te, sum deiectus, non de Ful-  
 viano fundo, (neg, enim prator, si ex eo fundo essem  
 deiectus, ita me restitui iussit, sed ed, vnde deiectus esse)  
 sum ex proximo vicini fundo deiectus, quã ad id ad  
 istam fundum: sum de via, sum certè alicunde, siue de  
 privato, siue de publico: ed restitui sũ iussus, restituis-  
 se te dixisti; nego me ex edicto pratoris restitutum es-  
 se. quid aut hac dicimus? aut tuo, quod ad modũ dicitur,  
 gladio, aut nostro, defensio tua conficiatur necesse est.  
 d 2 si ad

83 \* si ad interdicti sententiam confugis, & de quo sun-  
do actum sit tum, cum Aebutius restituere iubebatur,  
id quarendum esse dico, neque aequitatem rei verbi  
laqueo capi putas oportere, in meis castris, praefidii quod  
ver saris: mea est ista defensio: ego hoc vos scitor, ego  
omnes homines deosque testor, cum maiores vim ar-  
matam nulla iuris defensione texerint, non vestigium  
eius, qui deiectus sit, sed factum illius, qui deiecerit, in  
iudicium venire: deiectum esse, qui fugatus sit, vim  
84 esse factam, cui periculum mortis sit iniectum, \* istum  
locum fugis, & resor midas? & me ex hoc, ut ita di-  
cam, campo aequitatis ad istas verborum angustias, &  
ad omnes literarum angulos reuocas? in istis inter-  
cludere insidijs, quas mihi conaris opponere. Non  
deieci, sed eieci. Peracutum hoc tibi videtur: hic est  
mucro defensionis tuae: in eum ipsum causa tua in-  
currat, necesse est. ego enim tibi refero. Si non sum ex  
eo loco deiectus, quod prohibitus sum accedere: at ex eo  
sum deiectus, quod accessi, vnde fugi si praetor non di-  
stinxit locum, quo me restitui iaberet, & restitui ius-  
85 sit: non sum ex edicto restitutus. \* Velim recupera-  
tores, hoc totum si vobis versutum, quam mea consue-  
tudo defendendi fert, videbitur, sic existimetis: pri-  
mum, alium num me excogitasse. deinde, huius rati-  
onis non modo non inueniorem, sed ne probatorem  
quidem esse me: id quod me non ad meam defensionem  
attulisse, sed illorum defensioni retulisse: me pro meo  
posse iure dicere: neque in hac re, quam ego protuli,  
queri oportere, quibus verbis praetor interdixerit, sed  
de quo loco sit actum, cum interdixit, neque in vi ar-  
matarum spectari oportere, in quo loco sit facta vis,  
verum

verum sine fact  
re, in qua re i  
solum non oport  
datur ad alid  
tonia, sed v  
positum, ut m  
dite diligenter  
ingens, non m  
scere: non enim  
sed quod illos no  
genera causarum  
pertinet: vnu  
rum, si de eo loc  
rum verum qu  
pere recuperat  
qui meam f  
loco deiecerit  
minibus extra  
luerit, non ex  
dus genera r  
rei vira, qui re  
fundo deiecius  
iurer. Vnde  
que dicitur, &  
inicum est. C  
vrie. vnde deie  
Graccho fuerun  
to verbo signifi  
cum aut de re  
intra nostrum  
deiciissent, &


PRO A. CÆCINA

verum sine facta: re verò nullo modo posse defendere, in qua re tu vel a verba spectari oportere, in qua re nolu non oportere. \* **86**

var uniamen ecquid mihi respō. **86**  
 deeur ad aliud. quod antea dixi non solum re & sententia, sed verbis quoq; hoc interdictum ita esse compositum, vt nihil commutandum videretur? ac tēdite diligenter quaeso recuperatores: est enim vestri ingenij, non meam, sed maiorum prudentiam cognoscere: non enim sum id dicturus, quod ego inuenerim, sed quod illos non sūgerit. cūm de vi interdictitur, duo genera causarum esse intelligebant ad qua interdictū pertineret: vnum, si qui ex eo loco, in quo esset; alterum, si ab eo loco, quod veniret, vi deiectus esset, & horum vtrumque neque praterca quicquam potest accipere recuperatores. \* **87**

id adeo, si placet, considerate, si **87**  
 qui meam familiam de meo fundo deiecerit, ex eo me loco deiecerit, si qui mihi prestō fuerit cū armati hominibus extra meum fundum, & me introire prohibuerit, non ex eo, sed ab eo loco me deiecerit. ad hac duo genera rerum, vnum verbum, quod satū declararet vtrasque res, inuenerunt, vt siue ex fundo, siue à fundo deiectus essem, vno atq; eodem interdicto restituerer. **VNDE TV.** hoc verbum, **VNDE,** vtrumque declarat, & ex quo loco, & à quo loco. vnde deiectus est Casina? ex vrbe. vnde deiectus Carbo? ab vrbe. vnde deiecti Galli? à Capitolio. vnde qui cum Gracho fuerunt? ex Capitolio. \* **88**

no verbo significare res duas, & ex quo, & à quo loco, cūm autē eò restitui iubet, ita iubet, vt, si Galli à maioribus nostrū postularent, vt eò restituerentur, vnde deiecti essent, & aliqua vi hoc assequi possent: nō opinor,



nor, eos in cuniculum, qua aggressi erant, sed in Capi-  
 tolium restituui oportere. hoc enim intelligitur. VN-  
 DE TV DEIECISTI: siue ex quo loco, siue à quo  
 loco EO RESTITV AS. hoc iam simplex est, in eum  
 locum restituas: siue ex hoc loco deiecisti, restitue in  
 hunc locum: siue ab hoc loco, restitue in eum lo-  
 cum, non ex quo, sed à quo deiectus. ut si qui ex alto,  
 cum ad patriam accessisset, tempestate subito reiectus  
 optaret, ut vnde esset deiectus, eò restitueretur: h. c. opi-  
 nor, optaret, ut, à quo loco depulsus esset, in eum se for-  
 tuna restitueret, non in salum, sed in ipsam urbem, quã  
 petebat: sic (quoniam vim verborum necessariò simi-  
 litudinem rerum aucupamur) qui postulat, ut à quo  
 28 loco deiectus est, eò restituatur. \* cum verba nos eò dis-  
 cunt, tum res ipsa hoc sentire, atque intelligere cogit,  
 etenim Piso (redeo nunc ad illa principia defensionis  
 meae, si quis te ex adibus tuis vi hominibus armatis  
 deiecerit, quid ages? opinor, hoc interdicto, quo nos visi-  
 sumus, persequere. quid? si qui iam de foro redeuntem  
 armatis hominibus domum tuam te introire prohibu-  
 erit, quid ages? utre eodẽ interdicto. cum igitur pre-  
 tor interdixerit, vnde deiectus es, ut eò restituaris, tu  
 hoc idem, quod ego dico, & quod perspicuum est, in-  
 terpretabere: cum illud verbum vnde, in utranque re-  
 valeat, eòq; tu restituui sis iussus, tam te in ades tuas re-  
 stitui oportere si e vestibulo, quam si ex interiore adi-  
 um parte deiectus sis. \* ut verò iam, recuperatores,  
 30 nulla dubitatio sit, siue rem siue verba spectare vultis,  
 quin secundum nos iudicetis: exoritur hic, iam  
 obrutus rebus omnibus & perditis, illa defensio,  
 eum deieci posse, qui tum possideat: qui non possideat,  
 nullo

nullo modo posse. ita-  
 que, restitui non oportet,  
 ra, quam multam in  
 primum illud attendi  
 passum, quod negat  
 in eo loco esset: non  
 possideat, supra deieci  
 rediens in interdictum,  
 IEICIT, addit, cum  
 possit, qui non possideat  
 HOMINIBUS ARMATIS  
 ter operi possideri  
 sciat, ostendo, si  
 deieci, quisquã si  
 cere spoliorem, si  
 deieci, si qui possideat  
 ARMATIS HOMINIBUS  
 non possideat, cum  
 spoliorem necesse sit  
 ceteri domus deieci  
 hominibus, aut per  
 dissimiles res duo des  
 quotidiana non satis  
 ostendere possit, cum  
 de satim est, nisi docet  
 nec precario possideri  
 magna voce sepe con  
 illud addit, non poss  
 concessit, vincet tam  
 ab se illum aut vi  
 \* videtur, quod de

PRO A. CÆCINA.

nullo modo posse. itaq., si ego sim à tuis adibus deie-  
ctus, restitui non oportere: si ipse sis, oportere. nume-  
ra, quam multa in ista defensione falsa sint, PISO. Ac  
primum illud attende, te iam ex illa ratione esse de-  
pulsam, quod negabas quenquam deijci posse, nisi qui  
in eo loco esset: nunc iam posse concedi: eum, qui non  
possideat, negas deijci posse. \* cur ergo aut in illud quo. 91  
vidianum interdictum, VNDE ILLE ME VI DE-  
IECIT, additur, cum ego possiderem, si deijci nemo  
potest, qui non possidet: aut in hoc interdictum, DE  
HOMINIBVS ARMATIS, non additur, si oportet  
queri, possederit, necne? negas deijci nisi qui pos-  
sideat. ostendo, si sine armatis, coactisve hominibus  
deiectus quisquam sit, eum, qui fateatur se deieciisse, vin-  
cere sponsonem, si ostendat eum non possedisse. negas  
deijci nisi qui possideat. ostendo, ex hoc interdicto DE  
ARMATIS HOMINIBVS, qui possit ostendere  
non possedisse, eum, qui deiectus sit, condemnari tamē  
sponsonis necesse esse, si fateatur esse deiectum. \* dupli. 92  
citer homines deijciuntur: aut sine coactis armatisve  
hominibus, aut per eiusmodi rationē ac vim. ad duas  
distinguitur res duo de iuncta interdicta sunt, in illa vi  
quotidiana non satis est posse docere se deiectum, nisi  
ostendere possit, cum possideret, eum deiectum, ne id qui-  
de satis est, nisi docet ita se possedisse, ut nec vi, nec clam,  
nec precario possederit. itaque, qui se restituisse dicit,  
magna voce sepe confiteri solent, se vi deieciisse: verum  
illud addit, non possidebat: vel etiam, cum hoc ipsum  
concessit, vincit tamen sponsonem si planum facit,  
ab se illum aut vi, aut clam, aut precario possedisse.

\* videtur, quot defensionibus eum, qui sine armis ac

ORATIO

multitudine vim fecerit, uti posse maiores voluerunt?  
 hunc verò qui ab iure, officio, bonis moribus ad fer-  
 rum, ad arma, ad cadem confugerit, nudum in cau-  
 sa destitutumq; vide tuis: ut, qui armatus de posses-  
 sione contendisset, inermis planè de sponsione certaret,  
 ecquid interest Piso inter hac interdicta? ecquid in-  
 terest, utrum hoc additum, cum A. Caccina possederit,  
 necne? ecquid tibi ratio iuris, ecquid interdictorum  
 dissimilitudo, ecquid auctoritas maiorum commo-  
 net? si esset additum, de eo quari oporteret. additum  
 24 non est, tamen oportebit? \* atque ego in hoc Caccinā  
 non defendo: possedit enim Caccina recuperatores: &  
 id tamen sit extra causam est, percurrā tamen brevī,  
 ut non minus hominem ipsum, quam ius commune  
 defensum velitis. Casenniam possedissee (propter usum  
 fructum) non negas, qui colonus habuit conductum  
 de Casennia fundum, cum idem ex eadem condu-  
 ctione fuerit in fundo, dubium est, quin, si Casennia  
 tum possidebas, cum erat colonus in fundo, post eius  
 mortem haeres eodem iure possederit: deinde, ipse Cæ-  
 cina, cum circumiret pradia, venit in istum fundū, rati-  
 ones à colono accepit, sunt in eam rem testimonia. \*  
 25 postea cur Aebutī de isto potius fundo, quam de alio, si  
 quem habes, Caccina denunciabas, si Caccina nō possi-  
 debat? ipse porro Caccina cur se moribus deduci vole-  
 bat, idq; tibi de amicorum etiam de ipsius C. Aquilij  
 sententia responderat? At enim Sylla legem tulit, ut  
 nihil de illo tempore, nihil de calamitate rei publ.  
 querar hoc tibi spondeo, adscripsisse eundem Syllam  
 in eandem legem, si quid ius non esset rogari, eius ea  
 lege nihilum rogatum. quid est, quod rogari ius non  
 sit?

PRO A.

si? quod populus sub  
 longis abtem, de  
 nam nisi esset, hoc  
 tur. \* sed quare ab  
 tuum, aut item te me  
 atq; si in me futurum  
 ceteri, quia rogari p  
 quid populus in feru  
 rationis affert quamo  
 modo possit, aut a pos  
 traque re traditum no  
 ni potest, rei meri liber  
 iure Quiritium liber q  
 non est? atque ego ha  
 agrum soti a homine  
 Coram, probavi, cum  
 hui, niderim & Cora  
 nō esse factum, cum  
 Arretium adempta cum  
 contendissent, cum atem  
 uti prima a tione non  
 & delibet aia, factame  
 runt, atque hoc & con  
 no iudicatum est, tam  
 eadem causa sunt, et  
 quantur, & omni  
 iudicis aut peris den  
 riantur, quid ego con  
 reprim est. \* certe  
 teru (ut ex mea a,  
 qui, audiat) quon

PRO A. CAECINA.

fii? quod populus iubere, aut vetare non possit? ut ne  
 longius abeam, declarat ista ascriptio esse: aliquid:  
 nam nisi esset, hoc in omnibus legibus non adscribere-  
 tur. \* sed quaro abs te, putesne, si populus iusserit me  
 tuum, aut uenire meum seruum esse, id iussu ratū  
 atque si mium futurum? perspicis hoc nihil esse. ut in  
 ceteris, \* quare rogavi, primum illud concedis, nō quic-  
 quid populus iusserit, ratū esse oportere, deinde nihil  
 rationis affers, quamobrem, si libertas adimi nullo  
 modo possit, ciuitas possit: nam & eodem modo de v-  
 traque re traditum nobis est. & si semel ciuitas adi-  
 mi potest, rei ueri libertas non potest. qui enim potest  
 iure Quiritium liber esse, is, qui in numero Quiritium  
 non est? \* atque ego hanc adolescentulus causam cum 97  
 agerem cōtra hominem disertissimū nostra ciuitatis  
 Cottam, probavi, cum Arretina mulieris libertatem  
 defendere, & Cottam Decemuiris religione iniecisset,  
 nō posse sacramētum nostrum iustum iudicari, quod  
 Arretinis adempta ciuitas esset: & ego vehementius  
 contendissem, ciuitatem adimi non potuisse. Decemu-  
 uiri prima actione non iudicauerunt, postea requisita  
 & deliberata, sacramētum nostrum iustū iudicau-  
 erunt. atque hoc & contradicente Cottam, & Sylla vi-  
 uo iudicatum est. iam uero in ceteris ut omnes, qui in  
 eadem causa sunt, & lege agant: & suum ius perse-  
 quantur, & omnes iure ciuili sine cuiusquam aut  
 iudicis aut periti hominis, aut imperiti dubitatione  
 utantur, quid ego commemorem? dubium nemini  
 reprobum est. \* certe quari hoc solere me non pra- 98  
 terit (ut ex mea, qua tibi in mentem non ueni-  
 unt, audias) quemadmodum, si ciuitas adimi non  
 possit

possit in colonias Latinas saepe nostri ciues profecti sint:  
 aut sua voluntate, aut legis multata profecti sunt: quā  
 multatam si sufferre voluissent, tamen manere in ciui-  
 tate potuissent. quid? quem pater patrius dedit,  
 aut suus pater populūve vendidit, quo iure amittes  
 ciuitatem? ut religione ciuitas soluitur, ciuis R. tra-  
 ditur: qui cum est acceptus, est eorum, quibus est dedi-  
 tus. si non accipiunt (ut Mancinum Numamini) re-  
 tinet integram causam, & ius ciuitatis, si pater ven-  
 didit, eum, quem in suam potestatem susceperat, ex  
 99 potestate dimittit. \* iam populus cum eum vendidit,  
 qui miles factus non est, non adimit ei libertatem, sed  
 iudicat non esse eum liberum, qui, ut liber sit, adire  
 periculum noluit. cum autem incensum vendit, hoc  
 iudicat, cum ij, qui in seruitute iusta fuerint, censu  
 liberentur, eum, qui, cum liber esset, censeri noluerit,  
 ipsum sibi libertatem abiudicasse. quod si maximè  
 ipse rebus adimi libertas aut ciuitas potest, non intel-  
 ligunt, qui hac commemorat, si per has rationes adi-  
 mi maiores posse voluerunt, alio modo noluisse? nam  
 ut haec ex iure ciuili protulerunt, sic asserant velim,  
 quibus lege aut Romana ciuitas, aut libertas erepta  
 100 fit. \* nam quod ad exilium attinet, perspicue intelligi  
 potest quale sit: exilium enim non supplicium est, sed  
 per fugium portusq; supplicij: nam qui volunt poenam  
 aliquam subterfugere, aut calamitatē, ad solum ver-  
 tunt, hoc est, sedem ac locū mutant. itaq; nulla in le-  
 ge nostra reperitur, ut apud ceteras ciuitates, ualefi-  
 cium vllum exilio esse multatarum, sed cum homines  
 vincula, necesse ignominiasq; vitant, quae sunt legi-  
 bus constituta, confugiunt quasi ad aram in exi-  
 lium.

lum: qui sibi ciuitatem  
 primū ciuitatem, qui  
 lum, non adimitur  
 atque deponitur. nam  
 uitatum non esse  
 dicitur, cum u, qui pro  
 hoc est, in aliam ciuitatem  
 peratorem, tamen si de  
 zues meliorum pro  
 dicit populari, verum  
 fa hanc defensionem des  
 onas contulerunt, nec  
 tem esse, qui adimi poss  
 bus Sylla voluit ciuitate  
 nouus, uterq; ciuis  
 cor, si coequam non  
 omnis aut populi  
 quidem casu non nihil  
 incelligi potest, quod ve  
 ta: demat, quod Sylla q  
 sustulere horum mexa  
 eodum iure esse, quo  
 ignat ad duodecim coler  
 man. hereditates cap  
 utas A. Caccina leg  
 tamen omnes boni qua  
 statissimum, prudent  
 no consilio, summa v  
 iusque praedictum, le  
 rissimum, quam v  
 nihil potuerit deper

PRO A. CÆCINA.

lum: qui si in ciuitate legi vim subire vellent, non  
 prius ciuitatem, quam vitam amitterent, quia no-  
 lunt, non admittitur hu ciuitas, sed ab his relinquitur,  
 atque deponitur. nam cum ex nostro iure de iurum ci-  
 uitatum nemo esse possit, tum amittitur haec ciuitas.  
 denique, cum is, qui profugit, receptus est in exilium,  
 haec est, in aliam ciuitatem. \* Non me praterit, recu- 101  
 peratores, tamen si de hoc iure multa pratero, ta-  
 men me longius prolapsum esse, quam ratio vestri iu-  
 dicii postularit: verum id feci, non quod in hac caus-  
 sa hanc defensionem desiderare arbitrarer, sed vt om-  
 nes intelligerent, nec ademptam cuiquam ciuita-  
 tem esse, nec adimi posse. hoc cum eos scire volui, qui-  
 bus Sylla voluit iniuriam facere, tum omnes ceteros  
 nouos, veteresq; ciues. neque enim ratio asserri potest,  
 cur, si cuiquam nouo citi potuerit adimi ciuitas, non 102  
 omnibus antiquissimis ciuibus possit. \* nam ad hanc  
 quidem causam nihil hoc pertinuisse, primum ex ea  
 intelligi potest, quod vos ea de re iudicare non debe-  
 tis: deinde, quod Sylla ipse ita tulit de ciuitate, vt non  
 sustulerit horum nexa atque hereditates: tubet enim  
 eodem iure esse, quo fuerunt Ariminenses: quos quis  
 ignorat duodecim coloniarum fuisse, & a populo Ro-  
 man. hereditates capere potuisse? quod si adimi ci-  
 uitas A. Cæcina lege potuisset, magis illam rationem  
 tamen omnes boni quereremus, quemadmodum spe-  
 ctatissimum, prudentissimumque hominem, sum-  
 mo consilio, summa virtute, summa auctoritate do-  
 mesticam praeditum, leuatum iniuria, ciuem retine-  
 re possemus, quam vti nunc, cum de iure ciuitatis  
 nihil potuerit deperdere, quisquam existat, nisi tuu

SECTE

ORATIO PRO A. CÆCINA.

103 Sexte similis & stultitia, & impudentia, qui huic ci-  
uitatem ademptam esse dicat. \* qui quoniam recupe-  
ratores suum ius non deseruit, neq; quicquid illius au-  
dacia, petulantiaq; concessit. derelinquo iam com-  
munem causam, populiq; Rom. ius in vestra fide ac  
religione depono. si homo ut a se probatum nobis vestriq;  
similibus semper voluit, ut id non minus in hac caus-  
sa laborarit, nec contenderit aliud, quam ne ius suum  
dissolutè relinquere videretur, nec minus vereretur,  
104 nec contemnere Aebutium, quam ne ab eo contemp-  
tus esse existimaretur. \* quapropter si quid extra iudi-  
cium est, quod homini tribuendum sit, habetis homi-  
nem singulari pudore, virtute cognita, & spectata fi-  
de, amplissimum Etruriae ius, in vestraq; fortuna co-  
gnitum multis signis & virtutis, & humanitatis. si  
quid in contraria parte in homine offendendum sit, ha-  
bet eum, ut nihil dicam amplius, qui se homines coe-  
gisse fateatur, sin hominibus remotis de causa queri-  
tis, cum iudicium de vi sit, is qui arguitur, vim se ho-  
minibus armatis fecisse fateatur: verbo se, non equi-  
tate defendere conetur. id quoque ei verbum ipsum  
erectum esse videatis: auctoritatem sapientissimorum  
hominum facere nobiscum in iudicium non venire,  
virum Cæcina possederit, necne: tamen doceri posse-  
disse: multo etiam minus quari, A. Cæcina fundus  
sit, necne: me tamen id ipsum docuisse, fundum esse  
Cæcina: cum hac ita sint, statuite, quid vos tempora  
reipub. de armatis hominibus, quid illius confessio,  
de vi, quid nostra decisio de equitate, quid ra-  
tio interdicti de iure admoneant,  
ut iudicetis.

PARTIS PRIMÆ FINIS.

